



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

119. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Zarate. Compostellana
Coadiutoriae. Veneris 3. Martii 1653.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

DECISIO CXIX.

Sacra Rotæ Romanæ coram R.P.D. Zarate.

Coadiutoria Coadiutoria.

Veneris 9^{to} Martij 1653.

§. 1. Impugnata fuit hodie, sed non expugnata de-
finitio in hac causa edita septimo Februarij
proxime præteriti coram Reuerendissimo Terraco-
nen. in qua resolutum extat literas Apostolicas esse
iustificatas, & in controuersia circa personas Coadi-
utori; & Coadiutoris fuit omnino sublata ve-
rum illa solum remansit circa consensum Coadiuri,
& ipsius adimplementum mandati sub plu-
ribus conditionibus; quibus non adimpletis gra-
tia per Procuratorem expedita inutilis prætenditur,
præsertim cum clausula non alias, aliter,
nec alio modo inserta legatur in eodem manda-
to quæ consensum ab actu remouet iuxta tradita
per Lotter. de re benef. libro primo quest. 46. num.
272. & quest. 41. numer. 35. Rota penes Buratt. deci-
sion. 437. num. tertio cum alijs adducti; in Valentinia
Parochialis 8. Februarij 1644. vers. unde resignatio,
& 28. Aprilis 1645. coram Reuerend. P. D. meo
Cerro.

2. Sed nihilominus perstiterunt DD. in decisio-
ne: Siquidem visum fuit sufficienter conditiones
fuisse adimpletas, nec primo illam defecisse scilicet,
quod super beneficio Parochiali resignando
Iosepho fratre Coadiutoris; reservari deberet
Pensio annua ducatorum centum moneta Hispaniæ
ad fauorem Antonij de Zarraga libera à sub-
sidio, & exculato, & alio quocumque onere im-
posito, vel imponendo, ex eo quod Procurator
excessisset, dum in supplicatione apposuit clausu-
lam *Dummodo remaneant centum ducati auri de Ca-*
mera pro Rectore, vel ex eo, quod gratiam ita con-
cessam acceptauit, cum ex hoc onere pensio libe-
ra dici non posset. Nam ista obiectio facile diluitur,
cum clausula *Dummodo* semper censetur excep-
pta, vti consueta in Parochialibus tanquam à iure
proueniens ex dispositione Conc. Trid. sess. 24. de re-
form. c. 13. vbi plures refert Aug. Barbof. in collect.
num. 13.

3. Nec ex eo magis quod Procurator in supplica-
tione apposuit, & acceptauit gratiam sub reserva-
tione dictæ congruæ Parochialis ducatorum cen-
tum auri de Camera, potest dici fines mandati
excessisse cum pro ista ratione sufficeret reservare
centum ducat. moneta illarum partium ex tradi-
tis per Barbof. vbi proxime num. decimo quarto, vt fuit
decisum per Sac. Cong. Concilij ibi relatum. Nam
præter alias responsiones tollitur hæc explicatio
ea ratione quia de dicta reservatione nihil fuit cau-
tum in mandato Procuræ aduersus quod in hac par-
te possit considerari transgressio Procuratoris, & de-
fectus voluntatis Coadiuri, super quo dicta clausula
non alias, aliter, nec alio modo cadere possit; quo casu
magis liberum fuit Summo Pontifici pro suo libi-
to, vel in moneta Regionis, vel in moneta Cameræ
congruam reservare Rectori; Præterquam cum
fructus beneficij narrentur in ducatis de Camera,
clausula *Dummodo* intelligitur etiam de ducatis de
Camera; vt tradit Garz. de benef. part. 1. cap. 5.
num. 373.

4. Unde etiam tollitur alia replicatio scilicet quod

non possit verificari prædicta conditio, cum non
remaneant centum auri de Camera liberi pro Re-
ctore, stante quod fructus dictæ Parochialis ex con-
fessione partium in mandatis procuræ ascendunt ad
ducat 260. moneta Hispaniæ, vt in Summ. Roderici
num. 1. qui iuxta communem sensum debent intelligi
de moneta de Vellon. ex quibus detractis intelligi
140. pro duabus pensionibus remanent solum ducati
120. dictæ moneta qui non sufficiunt 100. ducatos
auri de Camera iuxta conditionem in gratia apposi-
tam: Nam centum ducati auri de Camera excedunt
ducatos 180. Hispaniæ de Vellon. vt ostenditur ex
supplicatione Summ. Roderici n. 2. in qua centum
ducati Hispaniæ computantur pro ducatis 55. auri
de Camera, ac præterea cum dicti ducati 260. intelli-
gantur de moneta de Vellon. non possunt constituere
ducatos 180. auri de Camera, in quibus fuit narra-
tus valor beneficij.

5. Et enim ista obiectio non subsistit, quia licet
verum sit quod dicta quantitas ducatorum 260. sim-
pliciter prolata intelligenda sit de moneta de Vel-
lon. Hispaniæ, & facultas sic exprimiendi Procura-
tori præscripta non possit extendi ad monetam
auream, vel argenteam, vt in puncto tenet Amaya
ad ret. C. de collat. ari. num. 37. libro decimo Modern.
Hispan. in labyrintho credit. part. secunda cap. 8. num. 63.
qui relatis Carvanc, Amaya, & Noguero. ostendit
quanta sit differentia inter prædictas monetas Te-
men ex eo nullus potest argui excessum, siquidem
in mandato procuræ valor beneficij in scut. 260.
expressus fuit per ascensum, non autem per non ex-
cessum absque vlla taxationis restrictiua quo casu
maior quantitas non excluditur, nec opponitur ex-
pressioni factæ in supplicatione in scut. 180. auri
de Camera per non excessum, cum verum sit be-
neficium 100. ducat. non excedere 1000. l. cum furis
ff. de in lit. iuran. l. si quidem Cod. de transact. §. si mi-
nus vbi las. num. secundo Instir. de aq. post. Arcim. vbi
Gammat. decis. 68. num. quarto Gregor. decis. 317. num.
quarto Rota part. 7. recent. dec. 45. num. 22. & in qua
libet etiam modica non excessus vertitur. Lot-
ter. de re benef. libro primo quest. 38. num. 88. Rot. coram
Mont. decis. 138. num. 2. & de ista differentia inter
descensum, & non excessum Rot. coram Merlin.
decis. 237. num. 5. & coram Seraphin. decisio. 1017.
num. 5.

6. Minus autem officit, quod cum alia pensio ducato
40. reservata fuerit ad fauorem Iosephi resignantis
cum pacto hanc illico extinguendi pro vdecim an-
natis, Procurator, qui consensum præteriti dicitur
d. f. esse, quia non expressit hanc conventionem, nec
impetrauit facultatem extinctionis, qua mediante si
Papa eam concessisset, aut non appouisset quoad
aliam pensionem dictam conditionem, *Dummodo re-*
maneant centum ducati auri de Camera pro Rectore, aut
si denegasset, neque Coadiutoria neque resignatio
effectum sortiretur: Nam hæc obiectio multipliciter
cessare visa fuit. Primo quod cum supplicatio origi-
nalis non fuerit exhibita non bene concluditur præ-
dictam facultatem non esse petitam, & cum non repe-
riatur, præsumptio stat pro expeditoribus, quod ad-
pleuerint adimplenda, & quod cum mandato con-
cordet. Paris. de resign. lib. 8. quest. 8. num. 83. Rota apud
Verall. decis. 174. num. 1. & segg. part. 1. in Elberon. Pen-
sionis 20. Junij 1653. coram bon. mem. Card. Hieronymo
Verospio §. 2. pro responsione ad med. Immo etiam prælu-
mitur prædictum pactum à Sanctissimo fuisse reuocatum,
quod non impedit quin resignatio subsistat
etiam, quod non impedit quin resignatio subsistat
Paris. dicto tract. de resign. lib. 9. quest. 17. num. 141. & res.
hoc tamen, Rota coram Verall. decis. 89. num. secundo &
3. part. 3. decisio. 887. num. 2. part. 4. diuers. & in dicta
Valentia

Valentina Parochialis 28. Aprilis 1645. & 18. Maij 1646. coram Reuerend. P. D. meo Cerro. praesertim cum dicta gratia, aut nunquam; aut ex magna causa concedi solet; quapropter diligentia Procuratoris essent superflua; & quantum fuissent omnia adhuc non diceretur satisfactum non fuisse mandato Gonzal. ad regul. oitana Cancel. 21. duodecima, numer. 86. & 91. Rot. per Verall. decis. 79. numer. tertio, & decisio. 201. num. 41. par. 4. tom. 2. recent. Eoque magis cum adiecta fuerit clausula si Sanctissimo placuerit quo casu cum pactum extinctionis conceptum fuerit sub beneplacito Sanctissimi gratia principalis de defectu consensus redargui non potest; Rota coram Cassad. decis. 2. numer. 3. de Simonia decis. 3. numer. 2. de renunc. & decis. 338. numer. 7. 18. 20. 22. part. 4. tom. 3. & decis. 279. num. 55. par. 5. recent. & Barbaren. Parochialis 21. Maij 1635. §. & Domini cum seqq. confirmata 17. Decembris 1635. in princ. coram bon. mem. Coccino iud. Valentina Parochialis 28. Aprilis 1645. & 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro.

7. Praeterquam quod tale pactum uti respiciens commodum resignantis, non autem Coadiuti non potest ex defectu consensus istius annullare gratiam Coadiutoriae; Nam hoc esset apponere de iure tertij, quod non debet, admitti tam respectu huius pensionis quam alterius ducat, 100. vt firmatum fuit in decisione qua reuocatur in §. ultra quod. Nec releuat quod Rodericus possit excipere de iure tertij, quando illud est exclusiuum iuris agentis; Siquidem haec regula procedit, quando tertius declarat se tali iure uti velle probatur in decisionibus allegatis in d. §. ultra, & explicat Bart. & Soccin. in l. 2. ff. de except. rei iudic. Seacc. de iud. par. 2. capite septimo, cas. 3. memb. 2. num. 434. Virgil. de legitim. person. in preliud. num. 159. vers. quod dixi; & in Romana fidei. omni. de Guidis 25. Iunij 1629. §. sed neque coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio.

8. Ex qua etiam ratione remouetur obiectio deficientiae consensus, & adimplementi mandati ob non factam expressionem quod Antonius pensionarius esset filius Melchioris Coadiuti, vt satis fit in alia decisione d. §. Ultra praeterquam vt respondetur in §. quoniam expressio illegitimitatis Antonij facta fuit per eademmet verba, quae continebantur in mandato procurae, Quare dum formam in mandato praescriptam Procurator in supplicatione seruauit, non potest de non adimplemento redargui, vt dictum fuit in dicta decisione in §. nec dicitur.

9. Vnde nihil, interest, quod dubitetur de valore dictae pensionis iuxta tradita in Conchen. pensionis 21. Maij 1649. coram Eminentiss. Corrado, & decima quarta Februarij 1650. coram Reuerend. P. D. meo Biechio, & animaduertitur in decisione qua reuocatur in §. quoniam, cum hoc etiam absque discrimine non procederet, attentis verbis Cone. Trid. sess. 25. capite decimo quinto. de reform. vt explicant plures allegati a Barbosa ibi n. 35. & in isto casu magis prodesset expressio factae de valore beneficij, & capacitati ipsius de medio sublata ista pensione.

10. Vtcrius non obstat, quod dicatur consensum praestitum fuisse a persona minus legitima, cum appereat quendam substitutum illum praestitisse, de cuius substitutione non constat: Siquidem ostenditur actualis exhibitio mandati in vita Coadiuti Summ. responsionis II dephonsi numero secundo, & praestatio consensus legitur adnotata a tergo litterarum Summ. Roderici numero tertio ex qui-

Tom. VIII.

bus praesumitur literas ab Officialibus expeditas non fuisse, nisi praua praestatione legitimi consensus Rota coram Caputaq. decis. 120. par. prima & in recent. decis. 20 numero quarto & seqq. parte sexta recent. Et comprobatur ex eo, quod libris Datariae omnino debet fides adhiberi, nec eos licet de mendacio arguere, vt per modum Auenion. quast. benef. c. 70. n. 12. Rota penes Buratt. decis. 88. num. 4. & 5.

11. Nec releuat, quod instrumentum mandati quod Notarius in actu praestationis consensus asseruit penes se admissum fuisse hodie in eius actis non reperiat, quia imò stante deperditione praesumitur quod in Instrumento producto, continetur facultas necessaria, praesertim quod in calce mandatorum procurae apponi consueuerunt substitutiones propria manu substituentis. Auct. decis. 9. numer. 6. vers. eo enim, & decis. 143. num. 11. part. 2. diuers. & in lanuen. separationis thori 27. Nouemb. 1652. §. hinc releuans coram R. P. D. meo Melio. Eoque facilius talis praesumptio debeat admitti, quia in processu de partibus quoque legitur tenor mandati procurae cum expressa facultate substituendi, quibus praesentibus eo facilius substitutio praesumi potest.

12. Accedit etiam minister substitutus est minister substituentis, & publice gerebat, & gerit alia eiusdem substituentis negocia Rota in Conchen. beneficij quarta Aprilis 1608. §. secundo vultum coram Card. Sacrato. Et amplius praestatio consensus, & expeditio litterarum facta per substitutum agere non poterunt sine magna impensa, ex qua pariter praesumitur legitimum mandatum Gregor. recent. 44. numero quinto & decisio. 324. numer. secundo & ibi Adden. Numer. sexto. Adden. ad Buratt. dec. 593. num. 12.

13. Qua propter excluditur obiectio, quod mandatum procurae non potuerit ab Hispania venire de tempore consensus cum contrarium appareat ex actuali exhibitione, ac etiam cum inter Rogitum mandati factum, sub die 28. Nouembris vsque ad idem consensus lapsi fuerint 35. dies; atque ideo plus temporis quam opus sit ad iter conficiendum cum per mare 10. dies sufficiant, & in sex diebus literas habere posse firmavit Rota in vna Derusen. beneficij, quam tradit Gomez. in reg. de verisimili noticia quast. 5. numer. primo & secundo Quamobrem nihil in contrarium concludunt Testes pro parte Roderici dati Summ. numer. quarto, quatenus deponunt quod Tabellaris Ordinarius de eo tempore post tres menses Romam aduenit: Siquidem alia via quam per Ordinarium transmitti poterunt, & aliquando per Ordinarium, & Extraordinarium transmittuntur, & per duplicatum & triplicatum, vt accedit in praesenti, & probatur ex depositione trium testium ex parte Roderici examinatorum ius sum, num. 4.

14. Nec magis obstat, quod dicatur solutionem componendae & Registrationem supplicationis factas fuisse post obitum Coadiuti, cum id nullo modo iustificetur, & quantum iustificaretur nullatenus releuaret, quia substantia gratiae est data, non ex registratione perficitur, vt tenet Rota in Romana legati pij. quarta Febr. & decima secunda Maij 1628. coram bon. mem. Coccino, & decisio. 281. num. sexto coram Martino. Dum tamen interim supplicatio non laceretur, aut alteri provideatur, vt Notatur in Alten. Coadiutoria 21. Iunij. 1652. §. tandem, & licet coram Reuerend. P. D. meo Celso, vbi etiam additur quod ex eo, quod in libro Registratoris post obitum Coadiuti legatur factum fuisse Registrat-

I i 2 tione

tionem non ex eo probari tunc temporis factam fuisse registrationem, cum soleant supplicationes semper statim deservire, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses, ut traditur in *decis. Alten. in §. huiusmodi*, & latius declaratur, & comprobatur in eadem *Alten. 14. Februarij 1653. coram eodem D. meo Celso, §. & eo minus cum deob. seqq.*

15. Demum quia etiam supposito, quod gratia Sanctissimi esset inutilis nullum ius Roderico ex provisione Ordinarij potuit acquirere, cum per solam Signaturam supplicationis intraret appositio manus Pontificis, & consequenter affectio, quæ ligat manus Ordinarij. *Conz. ad reg. 8. Cancell. glos. 52. numer. decimo quinto, numer. 48. vers. licet fecerit Rot. decis. 45. numer. 31. par. 6. & decis. 237. numer. secundo par. 7. rec. & apud Buratt. decis. 36. numer. 2. & seqq.* Atque ita pro confirmatione decisionis utraque parte audita, &c.

DECISIO CXX.

Sacra Rota Romana coram R. P. D. Zarate.

Piscien. Beneficij.

Luna 20. Novembris 1651.

§. 1. **P**ostquam Franciscus de Carolis aductus Franciscum de Tholomeis super presentatione ad eius favorem facta de Beneficio controverso tres reportaverat sententias, quarum in prima in Partibus prædicto de Carolis adiudicatum fuit Beneficium tanquam à maiori parte Patronorum, presentatum, & in duabus ultimis Rotibus præviis decisionibus coram Reuerend. P. D. meo Celso 26. Novembris 1650. & coram Reuerend. P. D. meo Rojas 11. Aprilis 1651. declaratum sit dictum de Carolis instituendum esse tanquam presentatum à familia de Carolis duas ex quatuor vocibus habente, cum Franciscus de Tholomeis presentatus fuisset à familia de Tholomeis, cui vna tantum ex quatuor vocibus competit. Demum causa in gradu restitutionis cum clausula Parito mihi commissa, proposui dubium, An constet de causis restitutionis in integrum, & quidem non constare quoad presentatos responsum fuit ex sequentibus.

2. Nam quando sententiæ sunt validæ, & iusta cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis in integrum *capit. de integr. l. si ex causa decima l. quod si minor. 25. ff. de minor. Rota decis. prima de restitu. in integr. in nouis, & in Romana de Marecortis decima octava Maij 1647. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Bononien. Transactiois 30. Maij 1648. coram Reuerend. P. D. meo Celso.*

3. Validitas enim resultat ex reuolutione processus, in quo apparet fuisse seruata omnia de iure seruanda quoad ipsos presentatos iuxta *decis. Carutag. 260. 2. par. & conformitas in dubium reuocari non debet, cum vna confirmet aliam Clem. 1. verbo alicuius de re iudic. Rota coram Caualer. dec. 387. n. 1. Duran. decis. 365. n. 3. & fuit dictum in Romana Domus 11. April. 166. coram P. D. meo Terracinen.*

4. Neque obstat, quod in sententijs Rotilibus fuerit expressum duas ex quatuor vocibus spectare ad familiam de Carolis, vnicam vero ad familiam de Tholomeis, quod tamen non explicatur in sententia de Partibus; nam dum in dicta sententia exprimitur Franciscum fuisse presentatum à maiori parte

Patronorum implicite continet id quod magis explicitè dicitur in sententijs Rotilibus, & sic in iustitia sunt semper conformes *Ruin. conf. 114. numero secundo lib. quinto Soccin. iur. conf. 74. numer. secundo libro secundo Gabr. de execut. rei iud. concl. 1. numer. 34. Couar. pract. cap. 25. numer. 6. Theaur. decis. 228. numer. 2. Rota decis. 98. numer. 4. par. 1. recent. & decis. 292. n. 2. par. 7. cum pluribus adductis per Add. ad Buratt. dec. 267. n. 10.*

5. Vt verius, nam sententia Rotalis in prima parte confirmat simpliciter primam sententiam, & sic conformitas est clara; Deinde verò procedit per caput separatum, quod non excludit conformitatem, cum tot dicantur sententiæ, quot capita *Bart. in l. 1. numer. septimo, vers. quando. C. si aduers. rem iudic. Alberic. in l. fin. numer. decimo quinto, vers. item quando, & iurisf. ont. iud. Mantie. de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 44 Rota coram sa. me. Greg. dec. 52. n. 1. & ibi adden. n. 6.*

6. Iustitia autem dignoscitur ex decisionibus in hac causa emanatis coram Reuerend. P. D. meo Celso, & coram Reuerend. P. D. meo Rojas, in quibus firmatum fuit Franciscum de Carolis vti presentatum à maiori parte Patronorum, nempe à DD. de Carolis habentibus duas ex quatuor vocibus esse presentandum Francisco de Tholomeis presentato ab illis de Tholomeis habentibus vnicam tantum iuxta *rec. in cap. 3. & ibi gloss. verb. qui maioribus de iur. par. Lamberti. eod. tract. 3. p. lib. 2. quest. 4. art. 1. Rotum verbo honorificum numer. 91. & seqq. Paul. de Cittadin. pariter de iur. par. par. 6. ar. 3. numer. 45. Rota in Cremonen. Alvaris 9. Decemb. 1616. coram bon. mem. Marzanede, & in Genuen. Cappellan. 25. Martij 1620. coram Sanctiss. D. N. cum alijs allegatis in d. decis. coram R. P. D. meo Celso in §. nec referi.*

7. Quando vero Iurispatronatus pro dictis duabus partibus spectet ad familiam de Carolis, & pro quarta parte tantum ad DD. de Tholomeis Donatarios illorum de Massis nullam recipit dubitationem, siquidem adueniente vacatione, & presentatione Beneficij de anno 1507. & 1525. & 1579. illi de Carolis presentarunt pro duabus ex quatuor vocibus, Massi vero pro vnicâ, ut constat ex Summario impresso *numer. 4. 5. & 6. quæ oblectantia optime demonstrat huiusmodi pertinentiam, ut dixit Rota in Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram Reuerend. P. D. meo Pentingero, & in Terdonen. Iurispatron. 22. Iunij eiusdem anni coram Reuerend. P. D. meo Rojas, & 17. Iunij coram Reuerend. P. D. meo Celso, & in recent. dec. 96. n. 1. 4. par. 6. Iuncta etiam confessione facta ab Authore illius, qui donauit dictum Iurispatronatus, quæ propterea optime probat contra Donatarium, & presentatum ab eo, ut dixit Rota coram Buratto *decis. 183. numer. 6. & seqq. & firmatum fuit in Comen. Capelle 27. Aprilis 1648. coram Reuerend. D. meo Decano.**

8. Non obstat quod in sententijs Rotilibus fiat mentio tantummodo de duabus ex quatuor vocibus spectantibus ad familiam de Carolis, & de altera spectante ad illos de Tholomeis, non autem de alia quarta, quia dum Tholomei non docent dictam aliam vocem fuisse ad eorum favorem purificatam, sufficit quod Franciscus de Carolis habeat duas; Tholomeus vero vnam, ut primus veniat instituendus; siquidem in hac materia non attenditur numerus Patronorum, qui habent facultatem presentandi, sed tantum illorum qui actualiter presentarunt, ut inquit *Dec. conf. 27. numer. quarto Rota coram Duran. decis. 199. numer. 19. & decis. 230. n. 5.*

9. Neque ex eo quod dicta quarta vox facit extingui possunt